

HEINRICVS DE HASSIA.



HEinricus de Langenstein, dictus de Hassia, litterarum amore Lutetiā profectus est, ubi etiam solerti studio lauream Doctoratus promeruit. Erat is in diuinis scripturis & humana philosophia doctissimus, præterea fœlicissimo ingenio præditus. Contigit autem ut eo tempore circiter annum Domini 1390 Albertus Austriae dux, Cæsaris Alberti secundi pater, Vuiennensem Academiam fundarit. Tum enim studia in monasterijs refixerant, atque, si quæ remanserant, intricatis quæstionibus & friuolis argumentis erant conspurcata. Optimè artes cum antiquis autoribus in puluere iacebāt, atq; blateis & tineis relinquebātur. Itaque Heinricus ille

Vuiennam uocatus fuit, ut nouam ibi Academiam plātaret, & suis professiō nib. decoraret. Ibi Genesim explicare, atq; suā lectionē per multos annos cōtinuauit. Erat aut̄ adeò copiosus, & ad oēs occurrētes quæstiones prōptus, ut uix multis annis ad quartū caput libri perueniens, totidē uolumina cōplerit.